

humiliter celsitudini vestrae supplicaverint:
ut omnia & Singula Privilegia, Indulta,
litteras & chartas, libertates, Donationes
concessionis, immunitates, laudabiles con-
suetudines & jura universa, quas & quae
olim predecessores nostri Imperatores Ro-
mani & Reges Bohemia ac Marchi-
ones Lusacia s: diva memoria: signanter
autem Johannes, Carolus, Wencesla-
us, Sigismundus, Ladislaus, Geor-
gius, Matthias, Vladislaus & Ludovi-
cus, ac pater noster charissimus
divus Ferdinandus Romanorum
Imperator s: recolenda memoria: cete-
risq; Christi fideles dicta Ecclesia
Ludiff: Canonicis Capitulo, nec non
aliis clericis atq; Ministris ejusdem
pro tempore existentibus dederunt,
donarunt, & gratiose concesserunt,
innovare, approbare, ratificare
& confirmare dignarentur. Nos con-
dignis eorum precibus, merito per-
moti, volentesq; ut per hanc nostram
gratiam cultus divinus non tantum